

Sit omnibus notum. Quod ego Guillelmus Baiuli, baiulus castri de Taga-
manento, pro domino rege ex parte dicti domini regis et mea/2 et omnium
baiulorum in dicto loco post me veniencium absolvo, diffinio atque remi-
to tibi Petro de Munthanu, superiori de termino/3 dicti castri et tuis
perpetuo omnem accionem, questionem, petitionem et demandam civilem et cri-
minalem et quamlibet aliam quam contra te et bona tua facere/4 poteram
proponere vel movere pro eo quia ut dicitur habuisti^(*) contencionem cum
Bernardo Ago et Guillelmo Ago, genere eius et/5 Bernardino Ago, filio dic-
ti Bernardi, de termino dicti castri et eundem Guillelmum ut dicitur pro-
cesisti uno ictu in braxio et/6 quibus contra te et bona tua accione et
demanda faciebam. Et ideo sive sis in predictis culpabilis sive non totum
hoc tibi/7 diffinio atque remito ex parte dicti domini regis et mea et
omnium baiulorum in dicto loco post tamen veniencium faciendo tibi et/8
tuis perpetuo de predictis omnibus et singulis bonum et perpetuum fi-
nem et pactum de ulterius non petendo sicut melius dici et/9 intelligi po-
test ad salvamentum tui et tuorum et sine causam pignoris pro hiis autem
habui et recepi a te quindecim solidos barchinonenses/10 de terno. Super
quibus renuncio excepcioni peccunie non numerate et non recepte et doli
et omni iuri, racioni et consuetudini/11 contra hec repugnantibus. Actum
est hoc septimo kalendas aprilis anno Domini millesimo CCC vicesimo oc-
tavo. Sig+ num/12 Guillelmi Baiuli, baiuli predicti, qui hec concedo et
firmo./13 Testes huius rei sunt Petrus Baveti, Guillelmus de Camporate
et Francischus Stephani./14 Sig + num Nicholai de Planis, notarii publi-
ci Franchedarum pro Berengario Stephani, notario publico dicti loci qui
hec scripsit et clausit die et anno quo supra.

(x)

(s.l.), 26 de marzo de 1328

Guillermo Baile, baile de Tagamanent absuelve a Pedro de "Munthanu" de
la culpabilidad de una discordia que tuvo con Bernardo y Guillermo Ago,
tras el pago de quince sueldos barceloneses de terno.